

1725.

1. Beutlich, Joh. Georgius: De pacto, quo venditor
pretium in se recipit, non modo quoad fiscum,
sed et quoad ipsos contractantes, invalido.
2. Conrad, Franciscus Carolus: Actorem qui fundi
pretium non habet satis dare cogendum ex indelle
Gabinatio unius judicialium secundum jus Roma-
num et Germanicum, speciatione Saxonicam
... publice examini sistit.
3. Grangius, Quinctus Forster: De facta renunciatione
juris ex lapso fatalium quaesiti.
4. Hummel, Hugo Franciscus, Facult. jur. Vicar. . . .
De causa l. b. o. p. d. (ad Reprobationem inanis Aus.
Liam Imperatoris Marti irritat).

5. Knechtel, Georg Adolph: De nominatione
actoris in criminalibus.

6. Meier, Joh. Henricus, Facult. juridicæ -- Decanus
l. b. s. et o. (ad reputationem inuicem Joh. Georgii
Berlacheri inserta)

7. Meier, Joh. Henricus, Facult. juridicæ ... Decanus
lectri benevole s. et o. (ad reputationem Christiani
Grosperii Hoffmanni inserta)

8. Meier, Joh. Henricus, Facult. juridicæ ... Decanus
lectri benevole s. et o. (ad reputationem inuicem
Simonis Joh. Simonsky inserta)

9. Meier, Joh. Henricus, Facult. juridicæ -- Decanus
lectri benevole s. et o. (ad reputationem inuicem
Georgii Adolphi Knechtelii inserta)

- 10^a Meier, Joh. Henricus: Faenl. ju. dea. . . . deca.
ans lectur. benevole s. et. o. (ad representationem
10^b j. mag. Francis Caroli Concordi innotat).
- 11 Meier, Joh. Henr.: De communitate compascens.
vni per revocationem unius, altero licet
dissentiente, extincta.
- 12 Meier, Joh. Henr.: De mariti executione in
rem dotalem facta, interventione.
- 13 Meier, Johann Henricus: De jure infantum.
- 14 Stein, ^{et} Augustus Josephus: De privilegiorum exten-
sione
- 15 Stricker, Com. W. W. W. W.: De validitate actuum coram
j. i. d. c. illegitimus, inhabili, patibiles
- 16 Stricker, Com. W. W. W. W.: De testamentis morte cap-
torum insubtilis contra Johannem a Lunde, Klappian,
multosque alios factos.

17.

Jenzell, Ernestus: De laudemio ejusdemque contra
Legem publicam prohibitivam praescriptione.

18. Jenzell, Ernestus: De usuris extra conventionem vel
notam praestandis.

1726.

1. Dabbe, Georg Augustus: De probatione Dominici
praescriptum in Saxonia Elect. Land. Officium.
2. Geisler, Elias Christianus: De fideiibus appella-
tionum
3. Joachimus, Georg Andreas: De reconventionibus
4. Meier, Joh. Henricus, Facult. juridic. ... Decanus
lectori honorato s. et. o. (ad reputationem innot. in
Fruici W. Thelmi Wagneri invitat.)
5. Meier, Joh. Henricus, Facult. juridic. ... Decanus:
lectori honorato s. et. o. (ad rep. innot. Hieronymi Fied-
rici Lehmanni Meieri invitat.)

1726.

6. Meier, Joh. Henricus, Facult. juridice ... Decanus
lectori Censorio 3. et 4. (ad reputationem
in reg. Georgii Augusti Vahlm involat).

7 Meier, Joh. Henricus: De struffgaha Litterarum.

8 Meier, Joh. Henricus: De sententiis jussu in causis
Civilibus.

9 Meier, Joh. Henr: De pure singulari.

^{a b}
10. Meier, Francus Henricus: Dissertationem in reg. jur.
dican, sistentem jus revocationis in Brabantia
usitatum, in jure civiti radicatum. . . publico
examini submitit. 2 Sauff.

11. Pre, Francus Fredericus, do: De vulneribus lethalibus
in genere per se et per accidentia contingentes.

12. Reinhard, Tob. Jac.: De jure protinseos et retrac-
tus circa servitia et operas literarum subditorum
in illis. Jus. Dominis competente.
13. Reinhard, Tob. Jac.: De usuris usurarum licitis.
14. Reinhard, Tob. Jac.: De eo quod justum est
circa venationem
15. Rothermund, Jo. Mich.: De officio, potestate,
ac jure capituli sedis vacante.
16. Stoecker, Conrad W. Thelen: De pacto antichretico
17. Struß, Jo. Philippus, Facult. juridicæ Decanus l. b. 2.
(ad Disputationem in reg. Henrici Gotlobi Kochleri innotat)
18. Struß, Jo. Philippus, Facult. juridicæ Decanus l. b. 3.
(ad Disputationem Georgii Andree Frackmanni innotat)

19. Streit, Dr. Philippus, Facult. juridicae Decanus l. b. s.
(ad dissertationem inang. Christiani Lehmanni invitat)


20. Streit, Dr. Philippus, Facult. juridicae Decanus
l. b. s. (ad dissertationem inang. Joann. Leonardi Fla-
schkrii invitat).

21. Tengell, Ernestus: De inspectione oculari.

22. Tengell, Ernestus: De eo, quod patris secundum
ll. imp. et San. Elect. circa conciones justum
est.

23. ^{at} Treberus, Joann. Philippus: De poena gladii
post suspensionem. 2 Band. 1728 u. 1750.

24. Wegner, Franciscus W. Ch.: De subtilitate nimia
in analogia juris manufage.



rest.

restitutionalis

1725/4

4

FACULTATIS JURIDICÆ
IN ALMA AC PERANTIOVA VNIVERSI-
TATE ERFORDIENSI

DECANVS,

HUGO FRANCI-
SCUS HUNOLD,
J. V. D.

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS
ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIARIVS
REGIMINIS, ET CIVITATIS HVJVS
CONSVL PRIMARIVS,

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.

ERFORDIÆ,
TYPIS GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



171
FACULTATIS JURIDICAE
IN AEMULIA UNIVERSITATE
ELECTORIS PALATINUS
DECANUS
HUGO FRANCO
SCUS HUNOLD,
J. V. D.

EMMENTISSIMI AC CESSARI PRINCIPIS
ELECTORIS PALATINI CONSILIARIUS
REGIUM ET CIVITATUM
CONSILIARIUS
LECTORI BENEVOLO
S. P. D.

FRANKFURT
TYPIS GROCHIANIS, 1708





Vemadmodum spinosa satis multisque difficultatibus obsita est materia de negotiis gestis in jure Romano, ita imprimis obscuritate haud exigua involuta est illa quaestio, an Pupillus cujus sine tutoris autoritate negotia gesta sunt, si locupletior quidem inde ab initio sit factus, non amplius autem talis sit tempore litis contestatae, contraria negotiorum gestorum actione teneatur? Videtur quidem quaestionem hanc decidere *L. 37. pr. ff. de negotiis gestis*, unde communis & tantum non penitus universalis est sententia, contineri in hac lege singulare privilegium pupilli, quod nimirum pupillus ad nihil teneatur, nisi ex negotiorum gestione adhuc tempore litis contestatae sit locupletior, cum alii quicumque actione negotiorum gestorum contraria a negotiorum gestore conventi, hunc indemnem praestare teneantur. Sed non immerito communis haec sententia recentioribus quibusdam DD. non aequitati solum naturali sed & ipsis principiis Juris Romani haud consentanea pronunciatur. Quae res, ut dilucidius appareat, tali eam illustrare solent casu: Inhabitat Ca-

jus ædes Sempronii, cujus tutor Titius, ædes, quæ antea communiter viliori venibant pretio, jam temporis carius emi & vendi incipiunt, e. g. ob novam Academiam fundatam, vel ob coloniam exulum in urbem receptam. Est autem in ædibus Sempronii spatiosa satis area, unde Cajus vice haud simplici consulit Titio, ut in illa ad latus ædium primariarum pupilli ædificium extruat, idque postea in utilitatem ejusdem aliis locet. Approbat quidem verbis Titius tutor consilium Caji, sed sine effectu, sive ex negligentia, sive segnitie, sive intempestivo metu, sive aliquaunque ex causa. Cajus id videns pietate ductus erga pupillum ædificium illud extruit, vel absente tutore, vel præsentem quidem ac scientem, sed tacente, aut si mavis etiam contradicente. Impensæ conficiunt 500. imperiales: Princeps favens novas extruentibus ædes, Cajo restituit 100. Præterea Cajus locat ædificium istud pupilli annuatim 50. imperialibus, per biennium percipit hanc mercedem. Ast hoc temporis spatio elapso, incendio in vicinia exorto pereunt & hæ noviter extructæ ædes. Recepit juxta dicta Cajus 200. imperiales impensarum nomine, residuos 300. repetit à Pupillo, cujus nomine tutor opponit exceptionem non competentis actionis, eò quod pupillus non amplius sit locupletior, provocatque ad legem nostram, quæritur, quid juris? Communis, ut superius jam dictum fuit, est sententia, pupillum ad indemnificationem haud teneri; ast si res penitus consideretur, deprehendemus neque cum æquitate naturali id consistere posse, neque in Lege nostra XXXVII. fundari. Quotusquisque enim est, qui non videat,
po-

postulatum tutoris in casu proposito esse iniquissimum, cum ipsum jus Gentium dicitur, nemini beneficium suum debere esse damnosum, quod axioma, verum est fundamentum actionis negotiorum gestorum contrariæ. Cujus igitur insigne beneficium, extruendo illud novum ædificium contulit in pupillum Sempronium, & quidem haud invitum, licet enim vel maxime supponamus, tutorem ipsius Titium ædificationi contradixisse, tutoris tamen non est negotium, ut ejus voluntas possit agenti opponi. Dum autem nullâ interveniente Caji culpâ domus exorto incendio conflagravit, res periit suo domino, adeoque pupillo Sempronio, non Cajo. Et quanta quæso esset iniquitas; Si alterius cujuscunque negotia gessissem, rependendæ mihi forent expensæ, dum autem id beneficium pupillo exhibui, easdem mihi haud esse refundendas, quæ ratio diversitatis? nulla sane apparet, ætas enim pupillaris hæc vix ac ne vix quidem consideranda venit. Tale profecto iniquum privilegium vel ipsis pupillis plus obesset, quam prodesset, quam maximè enim illi indigent aliorum beneficiis, sed quis ipsis illud negotiorum gerendorum exhibiturus esset, si periculo gestorum gerenda ipsorum esse negotia, lege cautum esset. Nec satis præsidii in dicta lege communis illa invenit sententia, si regulas bonæ interpretationis sequamur. **PAVLVS** enim **JCVS** inibi non dicit: *quæri solet an pupillus sit locupletior factus litis contestata tempore*, uti tamen vulgo intelligere verba Pauli videntur, sed ita: *Litis contestatæ tempore quæri solet, an pupillus locupletior sit factus*. Verbo hunc casum potius videtur **PAVLVS**

in pr. d. L. tractare: Cajus gessit negotia pupilli & impendit aliquam pecuniæ summam, hanc reddere recusat tutor, itur ad Prætorem à quo petit Cajus sibi dari actionem negotiorum gestorum contrariam; tutor prætorem obtestatur ne Cajo det actionem, cum negotia pupilli haud utiliter gesserit, nec factus ipse sit locupletior. Respondet *PAVLVS*, Prætorem nihilominus daturum esse actionem Cajo, ita tamen ut exceptio, locupletiolem non esse factum pupillum, post litem contestatam expedienda sit. Adeoque id potius intendit *JCTVS*, quæstionem hanc, an pupillus sit locupletior factus, nec ne, non esse ventilandam antelitis contestationem, sed post eam. Ulterius hæc persequi spatii vetat angustia. Occasio nimirum illustrandi nonnihil *principii h. L. 37. ff. de negot. gest.* data fuit dum ejusdem §. 2. crastinâ Deo dante in lectione quam vocant cursoria illustrabit

NOBILIS ET CLARISSIMVS

DN. CHRISTIANVS ERDMANN MIRVS,

Jurium Candidatus,

de cujus natalibus atque studiorum curriculo more consueto nonnulla commemoranda sunt. Natus is est Zittaviæ in Lusatia Anno 1701. die 25. Martii, Patre M. ADAMO ERDMANN MIRO, Zittaviæ Con-Rectore longe meritissimo non exiguam nominis celebritatem scriptis variis consecuro; Matre fœminâ pietate atque honestate præditâ ANNA ROSINA, nata GERBERIA, quæ, cum maturè morte erepta, curam onusque educationis Patri honoratissimo reliquit. Ingens verò damnum, quod morte matris suæ dilectissimæ perpeffus, restauratum est, per nobilissimam fœminam

minam ANNAM ROSINAM, natam NESENIN, ex
longe celeberrima NESENORVM familia ortam,
quam adhuc tanquam Matrem dilectissimam, omni
qua decet, observantiæ cultu veneratur. Ex quo ita-
que Candidatus noster principiis Christianæ Religio-
nis, primisque literis erat instructus, à celebri quon-
dam Rectore CHRISTIANO WEISIO in Gymnasium
patrium, & quidem in classes inferiores receptus, in-
formationeque ejusdem Collegarum usus est, nempe
Dn. KNEBELII, jam Collegæ Sexti, Dn. HENNIGH
& Dn. PESCHEKII. Cum autem classes superiores
frequentare licnerit; Dn. RÜCKERO, Collegæ quarto,
Dn. M. ZIGERO, Cantori, Dn. M. PITSCHMAN-
NO, tunc temporis Sub-Rectori, jam verò Ministerii
Diacono, imò & Parenti honoratissimo Dn. M. ADAM
ERDMANN MIRO, Con-Rectori, quoad prima eru-
ditionis capeffenda fundamenta, multa se debere inge-
nuè fateatur. Denique etiam doctrinam beati WEN-
ZELII, Directoris quondam longè meritissimi est se-
cutus. Absolutis igitur studiis humanioribus Parenti-
bus placuit, ad altiora progredi, quorum jussu ac arbi-
trio Academiam petiit Lipsiensem Anno 1721. die 1.
Maji, & nomen Matriculæ sub Receptoratu Magnif. Dn.
Dn. KLAVSINGII, SS. Theol. Doct. & Theol. Fac Prof.
Publ. Ord. dedit. Postea Candidatus noster in Studio
Juris nactus est ductores famigeratissimos, Jurispru-
dentiaæ interpretes, & quidem in Institutionibus &
Pandectis, examinatoriis & disputatoriis Dn. D. JOH.
Gottlieb Reicheln, Consist. Lips. & Curiaæ Provinc. Sax.
suprem. quæ Lipsiæ floret, Advocatum extraordina-
rium, nec non in jure naturali Dn. D. AVGVST. MÜL-
LERVM

LERVM in prælegendis Juris fontibus auscultavit. In Jure feudali doctrinam Dn. HOFFMANNI, eo tempore Prof. Inst. Publ. &c. secutus, imo & in audiendis Collegiis publicis Dn. D. RECHENBERGII, P. P. Pand. Ord. in Jure civili & in Jure Canonico Dn. LÜDERI MENCKENII, Consil. & Fac. Lips. Jurid. Ord. prælectionibus est usus. Tandem in praxi curâ & labore Dn. D. MYLII, supremæ Curix Prov. Sax. Lips. Advoc. Ordin. & Facult. Jurid. Lips. Assessoris, sua cepit fundamenta; Tandem perantiquam hanc Hieranam accessit, & specimen studiorum suorum edere secum constituit, quo peracto jurium reportaret honores, desiderium itaque suum Facultati nostræ modestè aperuit, cum petiro ut dies non solum examini destinaretur, sed & textus ex utroque jure elaborandi transmitterentur, annuit Facultas nostra, & ad consuetum examen Eum admisit. & postquam in resolvendis textibus non solum sed & in ipso examine navata ejus in jure opera probata est, cathedram ei aperire publicam non dubitavimus, cui actui solenni crastinus dies 23. Aprilis destinatus est, ubi non solum ad præfatæ Legis 37. §. 2. ff. de negot. gest. lectionem cursoriam, sed & ipsam inauguralem disputationem publicare paratus est. Ut autem Magnif. D. Rector, venerandus Senatus Academicus ut & reliqui DD. Professores, Doctores, Licentiati ac Magistri omnium Facultatum hunc actum suâ dignari præsentia, Dominique studiosi frequentes interessè velint, decenter invitantur atque rogantur. Publ. sub Sigillo Fac. Jurid. Dom. Jubilate 3. post Pascha 22. April. M DCC XXV.

(L. S.)

Erfurt, Diss., 1725-26

ULB Halle


005 367 786

3



VD18





1725/4

1725/4

FACULTATIS JURIDICÆ
IN ALMA AC PERANTIOVA VNIVERSI-
TATE ERFORDIENSI
DECANVS,
HUGO FRANCI-
SCUS HUNOLD,
J. V. D.

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS
ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIARIVS
REGIMINIS, ET CIVITATIS HVJVS
CONSVL PRIMARIVS,

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.

ERFORDIÆ,
TYPIS GROSCHIANIS, Acad. Typogr.